

## P R E C A T I O N E S

*aliquot privata & publica.*

## P R E C A T I O A N T E-

*quàm ad opus accedatur.*

**O**mnipotens, misericors Deus agimus tibi gratias, quòd nos hanc noctem adeò clementer custodieris, & in hunc diem nobis vitam produxeris. Rogamus, ut nos hoc etiam die protegas, & nobis gratiã largiaris, quòd eum totũ in iis rebus transigamus, quæ tibi grata et accepta sint: ac ut jam Solis tuis radiis universum orbem terrarum illustras: sic etiã Spiritus tui splendore obscura mentis nostræ illumines, ne à semita justitiæ tuæ aberrantes, in hanc vel illam partem declinemus: te semper omnia nostra intuentem, nobis ante oculos proponamus, te nostrarum cogitationum, dictorum, factorumq; omnium testem & vindicem agnoscamus, ac revereamur: nec quicquã sit, quòd magis metuamus, quàm ne te tam benignum patrem offendamus: quicquid aggredimur, aut instituimus, il-

lud